



# COMMENTARIUS

## ASIVE NOTAE

IN

### CAPUT PRIMUM.

*Verf. r. Alexander Philippi filius &c.]* Graeca sonant ad verbum. *Et fuit postquam percussisset Alexander Philippi Macedo, qui egressus est de terra Chethim, & percussit Darium regem Persarum ac Medorum, & regnavit pro eo prior in Graecia.* Ego sensum expressi, nisi fallor. *Et fuit* quod vulgatus interpres reddidit. *Et factum est.* Graeci  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron$  Ion. 1.1.  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron$   $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$   $\kappa\upsilon\epsilon\lambda\iota\tau\omicron$ . Iol. 2.1.  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron$   $\mu\upsilon\upsilon\sigma\iota$   $\pi\lambda\upsilon\tau\omega$   $\mu\omega\upsilon\sigma\iota$  Ruth. 1.  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron$   $\epsilon\sigma\tau\iota$   $\tau\omicron\varsigma$   $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$ . Vide quae scripsimus ad hunc postremum locum.

*Macedo*  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron$   $\mu\omega\upsilon\sigma\iota$   $\epsilon\sigma\tau\iota$  Macedonia. Sunt enim certe *Chethim* Macedones id est  $\mu\alpha\kappa\epsilon\tau\omicron\iota$ ; unde *Maetum* nomen pro Macedonum, &  $\mu\alpha\kappa\epsilon\tau\iota\sigma\iota\alpha$   $\eta$   $\mu\alpha\kappa\epsilon\delta\omicron\nu\iota\alpha$ , inquit Hesychius. Appellatio a Chethim filio Iavan, Gen. 10. 4. ubi Graeci  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$  habent, leguntur &  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$ : unde  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$   $\mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\iota\sigma$   $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$ : rex Cithiorum sive Ceteorum, id est Macedonum. Qui locus perspicue firmat expositionem nostram. Alio qui  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$  sunt Cyprii, quos Menander Ephesius  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$  vocat. Terra Chethim Iesaias quoque meminit, Ies. 23. i. ubi de Tyro, quam Alexander expugnavit.

*Chethim*  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$  vel potius  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$ . Sed in libris varietas. Nomen aliis est  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$ , &  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$  in aliis. Minime omnium probo quod in editione Romana  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$ . Nam cum sit  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$  in scriptura Hebraica, non potest habere longum in penultima. Ex eo contra

est  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$  quemadmodum  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$  dicimus pro  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$ . Quae forma nominis usitator est quam integra.

*Darium*  $\Delta\alpha\rho\epsilon\iota\omicron\upsilon$ . Darium sive Dareum ultimum, qui prius Codomanus dicebatur: cuius mentio Nehem. 12. 22.

*Primum*  $\pi\rho\omicron\tau\omicron\varsigma$  hic usurpat pro  $\pi\rho\tau\omicron\varsigma$ . Sic alibi  $\pi\rho\tau\omicron\varsigma$   $\pi\alpha\upsilon\tau\omega\upsilon$ , prima omnium  $\pi\rho\tau\omicron\varsigma$ . locus est apud Syrachidem. 1. 4. Ceterum primum in Macedonia regnavit Caranus; in Graecia ex Macedonibus Philippus Amyntae filius: in Asia vero post Darium Alexander Magnus, de quo hic sermo.

*In Graecia* Quum praecedat  $\epsilon\sigma\tau\iota$   $\alpha\upsilon\delta\epsilon$ : pro eo, & certum sit Darium hunc nunquam in Graecia regnasse, quis non animadvertit Graeciam hic pro Asia sumi debere? Sic Syria Caeva vocatur in historia Ebraica Macedonia fol. 3 2. col. 4. Sic *regnum Graecorum*, id est, Syro-Macedonum, qui non in Graecia, sed in Asia regnarunt. Saepè isto sensu usurpatum nomen  $\chi\epsilon\lambda\iota\tau\omicron\varsigma$  apud compositorum historiae gentis Iudaeorum. Porro libri quidam Latini editi, vulg. hoc loco legunt. *Et factum est postquam percussit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnavit in Graecia, egressus de terra Chethim, Darium regem Persarum ac Macedonum: constituit praedia multa, &c.* nempe corrumpendo loco fuit ignoratio eorum quae jam dixi. Nam vera lectio in aliis: *Et factum est postquam percussit Alexander Philippi Macedo, qui exivit de terra Chethim, & percussit Darium regem Persarum ac Medorum: & regnavit in loco eius pri-*

2. 2. 6  
17

17  
18  
19



COMMENTARIUS  
SIVE NOTAE

IN

CAPUT PRIMUM.

*Verf. i. Alexander Philippi filius &c.] Graeca sonant ad verbum, Et fuis postquam percussisset Alexander Philippi Macedo, qui egressus est à terra Chethim, & percussit Darium regem Persarum ac Medorum, & regnavit pro eo prior in Graecia. Ego sensum expressi, nisi fallor. Et fuit וידיד quod vulgatus interpres reddidit, Et factum est, Graeci κη ἐγένετο Ion. 1. 1. κη ἐγένετο λόγος κυβ. Iof. 1. 1. κη ἐγένετο κη τλω' πελευτλω Μουση. Ruth. 1. 1. κη ἐγένετο ἐν τῆ κρηνει τὸς κρητὰς. Vide quæ scripsimus ad hunc postremum locum.*

*Macedo] ה. מ. ק. ד. ו.]*

*E terra Chethim] è Macedonia. Sunt enim certè Chethim, Macedones, id est, μακετοί: unde Macetum nomen pro Macedonum, & μακετῖα ἢ μακεδοῖα, inquit Hesychius. Appellatio à Chethim filio Iavan, Gen. 10. 4. ubi Graeci κήποι habent, legitur & κίποι: unde κίποις Zeno, & infra 8. 5. Perseus vocatur βασιλεύς κίπων: rex Citiolorum sive Ceteorum, id est Macedonum. Qui locus perspicuè firmat expositionem nostram. Alioqui כתיים sunt Cyprii, quos Menander Ephesius κηθίμης vocat. Terræ Chethim Iesaias quoque meminit, Ies. 23. i. ubi de Tyro, quam Alexander expugnavit.*

*Chethim] κηθίμια, vel potiùs κηθίμια. Sed in libris varietas. Nam in aliis est κηθίμια, & κηθίμια in aliis. Minimè omnium probo quod in editione Romana κηθίμια. Nam cum sit כתיים In scriptura Ebraica, non potest habere longum in penultima. Ex eo contra hū*

est כתיים quemadmodum כתיים dicimus pro כתיים. Quæ forma nominis usitator est quàm integra.

*Darium] Δαρείου. Darium sive Dareum ultimum, qui prius Codomanus dicebatur: cuius mentio Nehem. 12. 22.*

*Primus] πρώτος hic usurpat pro πρώτος. Sic alibi πρώτος πάντων, prima omnium. πρώτος. locus est apud Syrachidem. 1. 4. Ceterum primus in Macedonia regnavit Caranus; in Graecia ex Macedonia Philippus Amynthæ filius; in Asia verò post Darium Alexander Magnus, de quo hic sermo.*

*In Graecia] Quum præcedat ἐν τῆ ἀσίᾳ: pro eo, & certum sit Darium hunc nunquam in Graecia regnasse, quis non animadvertit Graeciam hic pro Asia sumi debere? Sic Syria Cava vocatur in historia Ebraica Macedonia fol. 3 2. col. 4. Sic regnum Graecorum, id est, Syro-Macedonum, qui non in Graecia, sed in Asia regnarunt. Sapè isto sensu usurpatum nomen וידיד apud compositorem historiae gentis Iudæorum. Porro libri quidam Latini editi, vulg. hoc loco legunt, Et factum est postquam percussit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnavit in Graecia, egressus de terra Chethim, Darium regem Persarum ac Macedonum: constituit praelia multa, &c. nempe corruptum pendoloco fuit ignoratio eorum quæ jam dixi. Nam vera lectio in aliis: Et factum est postquam percussit Alexander Philippi Macedo, qui exiit de terra Chethim, & percussit Darium regem Persarum & Medorum: & regnavit in loco eius pri-*

226  
מלחמה

muta in Grecia, &c. hanc invenies in Bibliis Antverpia impressis, Anno 1534.

3. Conferuit praelia] συναθήματα πολέμων. Interpres vulgatus, constituit praelia. In epitoma Iafoni, συναθήματα πόλεμων, pugνά conferuerunt. Scinfrā verū, licet etiam veterē, Conflavit bella multa.

Munitiones plurimas] οχυρωμάτων πολλά. Dicitio πολλά abest ab alius editionibus. Interpres vetus loco eius videtur legisse πάντων, nam vertit omnium munitiones. Attingit obiter res gestas Alexandri Magni, quas Iustinus duobus voluminibus, videlicet undecimo & duodecimo, complexus est, ut Arrianus Nicomedensis octo. Evstat de iis etiam Q. Curtii historia manca & lacera. Legendus praeterea Iohannes Monachus de vita Alexandri, & septimus decimus liber Diodori: tum etiam Plutarchi Alexander & Oraciones duae μετὰ τῆς Αλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς, & Aelianus lib. 3. cap. 23. & compositor historiae Ebraicae, lib. 2. à capite sexto usque ad finem libri, qui testes laudat eorum, quae ibi narrat, Strabonem Cappadocem, Nicolaum Damascenum, & Titum Romanum. Adhuc librum citat de rebus gestis Alexandri ab Aegyptiorum sapientibus olim conscriptum: eo ipso anno quo Alexander diem suum obiit. fol. 29. col. 1.

Inguulavit] μακάριεν, interfecit. tralatio à pecuilibus, quae proprie maclantur.

3. Usque ad extrema terra] עד קצה הארץ usque ad extremas sive ultimas terras. Απερος enim quaevis extremitas. Vulgatus, usque ad fines terra: הארץ אבסי עד Marc. 23. ἕως ἄπερος γῆς. Psal. 135. עד קצה הארץ alius δὲ τελειώματα: alius, ἀπὸ ἁκρων τῆς γῆς: ab ultimis terris.

Accipit] abstulit. Vel accepit spolia, spoliavit: & πληθὺς ἐθνῶν id est ἰσραήλ ἡ ἵσραήλ multitudinis gentium.

Quievit] à bello, i. pacata fuit. 4. Exaltatus est] vel, exaltatum est, ut ad cor referatur.

5. Exeritum validum nimis] חיל עצם חזק. hic validum ex Ebraico exponi potest, validum, copiosum, numerosum. Sic alibi, Validiores fuerunt vidua eius arona maris, id est, plures. Adi sodes ad Observat. meas.

Tyrannus] τυραννῶν. Sic editio Romana, quam secutus sum. Tyrannos autem intellige potentes & δυναστας. Vide Sirach. 11. 5. Acron in Horatium, Tyranni alibi domini, alibi crudèles, alibi potentes. Habac. 1. 10. צַדִּיקֵי לֶחֶם & תְּזַמְּנוּ. Eadem vox extat Psal. 2. 2. ubi ἀρχόντες reddunt. Epitoma Iafonis, πῶς Ἀριστῶν τῶν Ἀρσῶν τυραννοῖ, id est, Dynastam Arabum. Editi ad exemplar Complut. τῶν τυραννῶν. Suidas, τυραννία, tyrannus. Usurpatur pro quovis impetio aut regno. Libri Basilense impressi, qui in octavo folium compilant, & τυραννῶν. Cave spernas. Nam τυραννῶν ἀνεξ, quityrannidem exercet. Idem ergo cum illo & τυραννῶν.

Fuerunt ei tributarii] היו לו לוי תרבותו או תרבות פֶּזֶזוֹ. i. tributa ei pependunt. Obvia hæc phrasim cum alibi, tum lud. 1. 33. Quidam, tributarius, eis imposuit: quod Ebraei dicerent מִס עֲלֵיהֶם מִס. Hoc duabus de causis mihi displicet. Primum quia tributum quandoque imponitur, quod subditi solvere detrectant: deinde quia constat Alexandrium quibusdam provinciis, tributum, quod Dario antea pependerat, remisisse. Et φέρον alius vertit sub tributo: non culpo. Si quidem sub tributo esse dicitur, qui alicui tributarius est.

6. Cognovit se brevi moriturum esse] יָגִישׁוּ דָן דָּמֵי דָּמָה: מִתְּ בֵּי יָדַי. i. brevi moriturus esset. Latine, Scitis se morti vicinum esse, sibi mortem instare.

7. Servos suos] תְּבַס אֲוִידָם אֲוִיד. i. בעריי vel עבדיו. Vetus, fueros suos.

Illustres] claros, celebres, honorificos. Qui una secum nutriti fuerant] תְּבַס אֲוִידָם אֲוִיד. alibi est סַנְכַּתְּרוֹפִּיָּס. Euripides, סַנְכַּתְּרוֹפִּיָּס ἐμοί, quod exponunt ἐμοί σὺν τρωφῶ, aut ὁμύτροφῶ γιγνόμενος: una mecum nutritus.

A juventute] vel, ab adolescentia.

Dum adhuc viveret] aliter cæteri. Iosephus 11. 8. Post obitum Alexandri imperium eius inter successores est divisum. Livius, Tum maximum in terris Macedonum regnum nominatque: inde morte Alexandri distractum in multa regna. Sed vide Iosephum Iustinum cap. 13. & Curtium. Sunt qui ἀλάφω exponunt dividendum reliquit

quit. Alii per regnum intelligunt administrationem regni. huc facit illud Arriani lib. v. 11. Sunt qui hoc etiam addunt. Interrogatum ab amicus cuiusdam regnum relinqueret: respondisse, optimum ac praestantissimo cuiusq. Alii adesse ipse ad hæc verba aiunt, Cernere se ingens certamen inter ipso: post suam mortem futurum. Aut, dum adhuc viveret, capiendum ex fama & opinione hominum illius temporis: quam amicos Alexandri, dum unusquisque regnum occuparet in loco suo, non minuisse; sed potius auxisse valde credibile est. Sic fanè ex opinione vulgi Christus dicitur fabri filius: & idola passim אלהים vocantur, non quod dii essent revera, sed quod pro diis haberentur & colerentur à suis. Sic & infra 10. 1. Alexander vocatur Antiochi filius, cum esset hoto ignotus & incerta stirpis. Ceterum injuriam faciat huic scriptori, qui hinc illi calumniam struunt. Nam de Alexandro, teste Arriano. lib. 1. Alii alia memoriae prodiderunt: neque ullus est, de quo aut plures extant scriptores, aut magis inter se dissentientes.

8. Annos duodecim] sic etiam compositor historiae Ebraicæ. Eusebius adjecit menses sex. Decessit mensem unum, annos tres & triginta natus. Iustinus lib. 12. Menses octo, annos duos & triginta. Cicero Philip. 5. ceteri. Regnare cepit annos natus viginti, cum tempore etiam in Asia trajecit. Gorionides. Et mortuus est] mortuus est die quarto mensis Iar, qui Aegyptiorum lingua יָרִיחַ, id est, μηνός vocatur, vespere cum sol occubisset. Gorionides, cap. xiiij. 9. Servi ejus] amici ejus. 10. Imposuerunt sibi omnes diademata] Primum regiam majestatem sibi vindicavit Antigonus: quem secuti sunt deinde Ptolemæus, Cassander & alii. Sed omnes eohonore abstinerunt quadiu filii regis sui supererāt. Tanta in illis verecundia fuit, ut cum opes regias haberent, regum tamen nominibus a quo animo carerint, quoad Alexandro justus hæres fuit. Iustinus lib. xv. 11. Exiit] ortus est. originem duxit. 12. Radix peccatoris] היסוד האשמה. In quibusdam latinis, radix peccati: היסוד האשמה. Vocatur autem radix peccati Antiochus quia

primus Iudaos coegit peccare, hoc est deos gentium colere earum que sacra suscipere, aut quia ex eo tanquam ex radice infinita peccata Iudæorum, alia ex aliis suppullularunt. Quo sensu vulgo avaritia dicitur radix malorum.

Antiochus Epiphanes] octavus à Seleuco Nicanore sive Nicator, qui primus in Syria regnavit.

Epiphanes] Cur Epiphanes appellatus sit, docet Appianus per hæc verba, ὅσα παρὰ τῶν Σύρων ἐπ' ἀνυμῶν Ἐπιφανῆς ἦν, ὅτι ἄρχῆς ἀρπαζομένων τῶν ἄλλοτελων, βασιλεὺς οἰκίῃ ὠφθη.

Filius Antiochi] cognomento magni. Qui fuerat Romæ obes] Athenæus, Ἀπὸ τοῦ ὀβηγεύσας παρὰ Ρωμαίους. Epitoma Liviana, Antiochus Antiochi filius obes Roma à patre datus, mortuo fratre Seleuco, qui patri defuncto successerat, in regnum Syriæ ab urbe dimissus. Legitur autem ὀβηγεύς in R. & C. item in A. Ceterum in B. reperitur ὀβηγεύς. Quæ lectio in omnes partes melior est. Nam de uno tantum verba facit.

Regnavit] regnare coepit, regnum adeptus est.

Anno centesimo trigésimo septimo] rectè. Nam à Seleuco Nicanore, qui primus, ut dixi, Syriæ præfuit, usque ad hunc Antiochum anni sunt 137. Quod hæc tabella planum faciet.

- 1. Seleucus Nicanor seu Nicator regnavit in Syria annis 32.
  - 2. Antiochus Soter 19.
  - 3. Antiochus Theos 15.
  - 4. Seleucus Callinicus 20.
  - 5. Seleucus Ceraunus 3.
  - 6. Antiochus Magnus 36.
  - 7. Seleucus Philopator 12.
- Regni Græcorum] id est, Seleucidarum, sive Syro-Macedonum. Eusebius, Machabæorum Ebraea historia à Seleuco Nicanore Græcum supputat regnum.

12. Exierunt] prodierunt, extiterunt. Viri nequam] בני בליעל filii Belial. Latine, homines nequam. Alii, viri iniqui. Vide Antiquit. Iudaic. 12. 6. Epitoma Iafonis 4. 7. Iosephum, ἔτι αὐτοκράτορος λογισμῶ, quem librum μακροβιωτῶν quidam appellant, cap. 4.

Paci[samur paxum] כְּבִרְתָּה בְּרִית. Multa mala nos invenerunt] multa mala passi sumus. Ebraïsmus.

14. Statuta gentium] גִּוּיִם גְּזֵרֹת. Quod hic ποι[α] τὰ δικαιώματα τ' ἰδῶν, id apud Iosephum est τῶν ἑλληνικῶν πολιτείῶν ἔργα. 12. 6.

15. Gymnasium] γυμνάσιον istud fuit constructum ἐπ' αὐτῶν τῶν ἀκρόπολιν. Epitoma Iafonis ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκροῦ. Maccabæon Iosephi. In epitoma γυμνάσιον καὶ ἰφθίσιαν.

16. Induxerunt sibi præputia] ἐποίησαν ἑαυτοῖς ἀκροβυστίας: fecerunt sibi præputia. Iosephus καὶ τῶν τ' αἰδοίων ἀπειρομάχων ἐνάληψαν, ὡς αὐτοὶ εἶναι καὶ τὰ αἰδοίων τῶν ἑλλήνων.

Nempè id fiebat attractione sive adductione præputii, quam Apostolus prohibet. 1. Cor. 7.

18. Circumcisus aliquis vocatus est, ne attrahat præputium. Tales Ebraï ἀποπαικιστοὺς vocant, .i. מְשֻׁכְּרִים ab attrahæta pellicula scilicet. Epiphanius in lib. de mensuris ac ponderibus, τὸ

ἕν ἕν πέταν χαλεπὸν ἔργον ἔπαι καὶ ἀπὸ ἀπειρομάχων ἀκρόβυστοι γίνονται, τὴν γὰρ πρὸς ἑαυτοὺς ἀκροβυστίας ἐπέκεινται καὶ τῶν τ' αἰδοίων ἀποπαικιστοὺς ἀποπαικιστῶντες, ὡς φησὶν περὶ καὶ ἑλληνικῶν ἀπειρομάχων ἄνδρες, ἀκροβυστίαν αὐτοῖς αὐτῶν ἀποπαικιστῶν, Videndus Cæsar Baronius Annal. Eccles. tom. 1. Sed & Theodorus ad locum Apostoli modò citatum.

Adjunctis] ἐζήχηθησαν, juncti sunt, videlicet connubio, id est, בְּדָוּוּ. Hinc גִּוּיִם connubium, & זִוְגִי בִּזְוִי vir meus; זִוְגִי בַת uxor mea. Est autem זִוּי proprie ζῆυγος, id est, jugum.

Gentibus] τοῖς ἰδῶν. Libri quidam ἐπὶ τοῖς ἰδῶν, sic dicunt באשה בְּדָוּוּג conjunctus est uxori, vel mulieri.

Venditi fuerunt] נְמַכְרִים, id est, traditi.

17. Firmatum est] βεβαιώθη. Eτοιμὸν in lingua hellenistarum, firmum, stabile: ut Plac. 93. 2. ετοιμὸν ὁ θεῶν ὁ σῶς, stabile solium iunum. Hinc ἑτοιμῶς, stabilitum est, quod Græci potius dicunt ἠδῆσθαι.

Animo præsumpsit regnare in Ægypto] affectavit regnum Ægypti. ὑπολαμβάνω animo aliquid præsumo. Valerius. Præsumpsit animo eâ re significari exitum suum. hinc ὑπολαβῆς, animo concepta aut præsumpta opinio. Sirach 3. 18. Videatur Livius Decad. 5. lib. 5.

18. Et ingressus est Ægyptum] Bis expeditionem fecit in Ægyptum: semel anno regni sui sexto, & iterum anno regni sui octavo, qui fuit Græcorum centesimus quadragessimus quintus. De hac secunda expeditione capiendus Iaso in epitoma 5. 1.

19. Cum Ptolemæo] Philometore. Ita vocat Iaso in epitoma 4. 21. hic ad eò segnis erat, ut non solum regie majestatis officia intermitteret, verum etiam sensu hominis, nimia sagina, careret. Iustinus lib. xxxiv.

Conseruerunt] συντήσαντο. Ita codex Romanus: ceteri, συντήσαντο, Conseruit: quod malo.

Reveritus faciem ejus] territus conspectu ejus. Græca sunt ἐπιβράση δὲ προσόψεσ αὐτοῦ: quæ vulgatus interpretatur, veritus à facie ejus: alius, versus à facie ejus: alius, aversus à conspectu ejus.

Vulnerati plurimis] πληγῶν ἄλλοις 20. Verbes multas] in quæ Pelusium. Livius. Suspectum Antiochum effecerat, quod cetera Ægypto sibi tradidit. Pelusii validum reliquum erat præsidium: apparebat claustra Ægypti teneri, ut eum vellet versus exercitum induceret.

Spolia Ægypti] jopes & bona Ægyptiorum, 21. Postquam percussisset Ægyptum] אַחֲרֵי הַמַּחְרָת אֶת מִצְרַיִם. Compositior huiusmodi Ebraicæ, Antiochi illius impij, cum percusso rege regnaret in Ægypto, elevatum est cor supra modum.

Adversus Israel] ἐπὶ Ἰσραὴλ dixit pro ἐπὶ τοῖς Ἰουδαῖς: adversus Iudæos. Nomen Ἰσραὴל sumitur late, angustè, angustissimè. Late, ut cum omnes duodecim tribus comprehendit. Angustè, ut cum decem tantum. Angustissimè, ut hoc loco, in quo soli Iudæi hoc nomine significantur.

22. Et ascendit Ierusalem] καὶ ἀνέβη εἰς Ἱερουσαλὴμ. Sic editio Romana. In aliis, καὶ Ἱεροσόλυμα. Lat. Vet. & ascendit Ierusalem.

Cum turba multa] μετὰ πολλῶν. Nam כָּבֵד interdum sig. multus, copiosus. Idem βαρεὺς apud Hellenistas. Ex quo & illud, ἐν λαῶ βαρεῖσιν αἰνῶσι: quod reddunt, in populo multo laudabo te. Senlus autem est, in populo multo.

23. Sanctuarium] במקדש. Cum superbia] ἐν ὑπερηφανείᾳ: אֲבִירִי. Ali bi

Alibi est, ἐν ὑπερηφανείᾳ. Accipit] abstulit. Alia autem] ἡ ἄλλη. Iosephus. Horum mentio apud Hecataem Abderitam per hæc verba, ἡ παρ' αὐτὸν εἰρημα εἴγνα, ἡ βαρεῖσιν, ἡ λυχνίον, ἀμφότερα χροσῆ, δύο τὰ λαντα τῶν ἁλῶν.

Et candelabrum luminis] λυχνίας χροσῆσ. Iosephus Antiquit. lib. 12. cap. 6. ac si plura fuerint candelabra. Τῶν λυχνίῶν τῶ φωτός: אֵת מִנְדְּרֵה הַמָּאֹר. Num. 4. 9. Quidam vertit, candelabrum lucernarium. Est autem lucernarium quod Lucernas fert, λυχνίον.

Et omnia vasa ejus] וְכֹל כֵּלֶיהָ: & omnia instrumenta ejus.

Mensa propositionis] שֻׁלְחַן הַפָּנִים. Num. 4. 7. in qua panes propositionis Exod. 25. 30.

Capedines] crateras, ποσσῶνα. proprie libatoria. Sig. autem pateras quibus vinum libabant.

Et phialas] וְהַכֹּפּוֹת 2. Paralip. 4. 22.

Et acerras aureas] vel, iburibula aurea. Hinc medicinam facies Iosepho. Nam 12. 6. ubi vulgo, ἡ τὰ θυμιατῆρα, legendum, meo iudicio, ἡ τὰ θυμιατῆρα. id est, acerræ, thuribula. Quæ voce usi sunt ei δ, in declaratione τῶ φωτός. Confule dictio. Ebra.

Acerras] אֶרְרֹת 2. Paralip. 4. 22.

Acerra templum] in fronte templi. Omnibus testoria detraxit] ἐλέπισε πάντα.

desquamavit omnia, sive nudavit omnia squamis. Intelligit autem squamas auri. Squama auri, ut squama æris. Lex. Vet. λῆπις χαλκῆ, æris squama. Dicitur & lamina. Idem lexicon, λῆπις ἀργύρου, lamina.

23. Vasa desiderabilia] כְּלֵי חֲמֵד, vasa elegantia, expetenda.

25. Factus est] ἡ ἡποίησεν φονοκτορίου: & fecit eadem. Vulgatus, eadem hominum, ἀνδροκτορίου, sive ἀνδροφονίου. Compositior historia Ebraicæ, fol. 32. col. 3. Et cum venisset Ierusalem, cepit eam percussit, populum ejus in acie gladii, et patravit eadem multam magnam, in Israel.

Superbissimè] ὑπερηφανίῳ μεγάλῳ: superbiam magnam.

27. Infirmati fuerunt] אֲמִלְיוּ

28. Quæ sedebat in thalamo] id est sponsa

vel nova nupta. 29. Pudorem] ignominiam. 30. Post duos annos dierum] μὲν δύο ἔτη ἡμερῶν id est, post biennium integrum. Ebraï diceret יָמֵי שְׁנָיִם מְקֻי. Quæ verba extant Gen. 41. 1. Annum dierum vocant, annum plenum sive æquabilem, id est, ὁμαλόν, cuius dies sunt 354. Hic annus constat ex æquali distributione dierum sine scrupulis. Vide quæ scripsimus Animad. lib. 1. cap. 1. Erat autem annus triplex, defectus, plenus & superfluous. Defectus constabat diebus 353. superfluous verò 355.

Misit rex præfectum tributo colligendo] Antiochus Ierolimyma profectus reliquit ibi Phlippum quandam genere Phrygem, qui Iudæos vexaret. Post misit Apollonium cum militum viginti duobus millibus, Is pactum simulando, negotium ad sacrum diem sabbathi distulit: quo die feriantes nactus Iudæos, suos ut arma caperent edixit, & omnes ad spectaculum egressos necavit: tum in urbem cum armis cursu ingressus non parvam multitudinem prostravit. ex epitoma Iafonis.

31. Locutus est verba pacifica] vel locutus est pacem, sicut dicimus, bellum loqui.

32. Iruis] ἰπέπτεν. Sic est in R. item in editis ad E. C. In aliis est ἰπέπτεν. Utrunque per Ebraï exprimitur: unde נִפְלִים ἔπι, נִפְלִים.

34. Iumenta possederunt] τὰ κτήνη ἐκλόροθμωσαν. Sic habent editiones C. & R. Ceterum in A. & B. additum αὐτῶς, ut fortasse scriptum aliquando fuerit καὶ ἐκλόροθ. αὐτῶν. Nisi, auctor ediderit ἰουδαῖς, vel κοίτῃς. Quod mihi credibilis videtur, ut dicat. Et iumenta possederunt sibi.

35. Civitatem David] Accipio ut 2. Sam. 6. 12. עִיר דָּוִד, nempe in qua olim habitavit David, quæ & צִיּוֹן מְצֻרֶת dicebatur. Volumen jejunit, Cepit munitionem Sion: ipsa est civitas David. Ve hic πόλις Δαυὶδ, sic alibi πόλις Ἰησὺς vocatur Nazareth, quòd in ea habitaret Iesus. Alias civitas David, in qua natus David, nempe Beth-lehem Iudæ, quæ eadem civitas Iesu nuncupatur.

Arctis loco] εἰς ἀκρον ἰ. אֶרְצָא לְחֻקָּא. Quæ voce utuntur interpretes Chaldæi in declaratione

מצודה. Ergo מצודה dicitur. Eadem ἀκρόπολις dicitur. Sautque synonyma, Civitas David, munitio Sion, Acra & Acropolis. Hac pars urbis vocatur etiam civitas superior. Iosephus de bello Iudaico, In civitate superiorem, qua pars acra dicitur. vulgo, quæ pars sacra dicitur. Quod non plane damno.

36. Vinos nequam בליעל hos volumen jejuni קריבא vocat. I. Caras. Peccatricem] improbam, sceleratam.

37. Et comestium] et alimmenta. Libri nonnulli, et τροφή. Interpres qui à vulgo nomen accepit, et escam.

Spolia] bona & facultates civium.

Laqueus magnus] ut laqueus magnus, quod Ebraei dicent גרול לבח eis μεγαλω παγιδε: in laqueum magnum. Quidam interpretantur, pro laqueo magno.

38. Et fuit] referri debet ad totum cõplexum orationis quæ præcedit.

Vi infidæ] eis ενδρον. edit. Ro. In aliis est eis ενδρον Sed ενδρον pro ενδρον legitur Sirac. 8.14. & pluraliter τα ενδρον. 11.36. Occurrit eadem vox in libris Regum, & in libro Sipientie: item Actor. 23.

Vi calumniator malignus] eis ἀξβολος πονηρον: in Diabolū malum. Ebraice רע לשון נאם פשוט et ἀξβόλλω. Sed cur adjecit πονηρον? An potest esse calumniator bonus? πονηρος hic valet noxius, infestus, detrimens. Aut ἀξβολος accusator. Siquidem ἀξβολη accusatio, quæ tam vera esse potest quàm falsa. Gen. 37. 2. in Symmacho, et φερων Ιωσηφ ἀξβολος και αυτ πονηρον: רבתם ורעה licet etiam vertere, adversarius malus. Nam Satan, adversarius.

40. Et fugerunt incolæ Ierusalem] fugerunt in sylvas, delitueruntque ibi herbis vescentes ritu bestiarum. Gorionides.

Natis suis] τοις γεννημασι αυτ. i. ילדיהו Latina vetus, semini suo: τα σπέρματι αυτ. Novum hoc in auribus meis, Nam pronomen ad civitatem pertinet, cui semen hic tribuitur. Quod mihi absurdum videtur. Quocirca magis probo Græcam lectionem.

41. Redactum est in solitudinem] ενωμωθη εις ερημω: desolatum fuit ut solitudo, vel, desertum fuit ut desertum.

42. Ignominia ejus] vel, infamia ejus. παρτιμ librorum, απωμωδος αυτ: quod exponitur ignominia ejus. Sed απωμωδος potius est notatio sive ignominiosa damnatio, quâ nimirum aliquis infamia fiebat. Erat autem gravioris supplicii instar, quippe proximè aberrat à capiti supplicio. Dicitur & απωμωσι.

Celsitudo] altitudo, sublimitas.

43. Et scripsit rex Antiochus] hinc sumpsit Sulpitius, Ne gentilibus quidem, inquit, pepercit: quos deserere in veteratâ superstitiones et ad nostrum ritum deducere tentaverat. Atque hinc imminutio vespigalum, de qua infra 3. 43. Populus unus] lectio varians, eis λαοι εναι: רעה נאם. Sensus est, ut omnes populi in unum coalerent, quoad religionem videlicet, & cultum divinum. Nam omnes Græcorum ritibus uti volebat.

Leges suas] jura, mores, ritus patrios. vulg. legitima sua.

45. Approbarunt] libenter amplexi sunt.

Polluerunt] profanarunt.

46. Litteras] επιβλια, ספרים codicillos.

Per nuntios] ביד מלאכים.

48. Et profanarunt Sabbatha] prohibuit populum obsequere sabbatha, celebratæque festa & circumcidere filios suos. Gorion.

49. Et (antios) id est, sacerdotes. sig. aliquando sanctus, pius: sed tum est εσος. in Græco.

50. Et lucos] Edit. lat. ver. Et templa. Hof. 8. 14. הרבילות xxx. πύλων. Alioqui denotat agros sacros. Sunt qui lucos interpretantur, quos nunc secuti sumus. Sanè εναι & πύλων simul leguntur apud Appianum, pag. 89.

Idolorumque, fana] και ειδωλεια. hinc intelliges quid sit apud Apollolum, et ειδωλεια και τακεις α. 1. Cor. 8. quod malè reddunt, in epulo idoli, cum sit reddendum, in delubro idoli. Quâ formâ dicitur Minervium, fanum Minervæ, Sic Dianium, fanum Dianæ. Utinque reperitur apud Phinium. Prudentius, Et quis in idolio recubans.

Et immolarent carnes suillas] præcipiebat etiam ut vescerentur carnibus suillis, propositâ mortis penâ, si quis facere id recusaret. Compositor historię Ebraicæ, Quisquis comederit carnes suillas, vitæ: quis secus fecerit, occidetur. Immundus] κενω, communis, immundus.

Hefychius,

Hefychius, κενω, ἀκαθαρτον. Vox obvia hoc sensu aliquoties in novo hædere, ubi & κενω, immundum sive impurum reddo.

51. Et profanatione] και εβθλωσι. Sic est in C. & R. Alii huius habent, et εβθλωσι αυτεις: seque polluerent aut inquinarent.

53. Inspectores] επιβρητες vel επιβρητες.

56. In abiliis locis] Et latitarent ut terræ in sylvâ. Iosephus Gorione natus.

Quocumque confugerant] et πωσι? φυγαδιου και αυτ: in omni refugio ipsorum. Φυγαδιου και αυτ: locus quò rei aut exules contugunt, asylum. Lexicon vetus, φυγαδιου και αυτ: fugio.

57. Chafelau] בחסן. Nomen mensis Syriacum. Legitur & Chasseu, & est antiqualectio pro Chilleu, ut Mariam pro Miriam: Phsaga pro Phisga.

Centesima] et εννοσση desideratur in nonnullis codicibus Græcis. Absert etiam à quibusdam Latinis. Hic annus incidit in Olympiadem 153.

Abominationem] abominandum idolum interpretet vetus. Iovis Olympii Iaso. 6. 2. aram abominandam alius. Vide infra, vers. 62.

60. Liber fœderis] βιβλιον διαθηκης. plenum esset διαθηκης κεινον. Sic λογος ponitur pro λογος κεινον, & via, η δδος pro via domini. Defectus iste frequens est apud Ebraeos. Sic paullo antè τα βιβλια του νου lectum pro νόμου κεινον, id est, legis Domini. Sic ארון הברית arca fœderis.

61. Fretis viribus suis] et εναι αυτ: viribus suis, aut robore suo. Secundum distinctionem quæ in libris Græcis pertinet ad præcedentia. Rectius tamen, meo iudicio, ad sequentia referas, approbante eam distinctionem interprete Latino, qui à vulgo nomen habet.

62. Super altare] super altare holocausti. Vide infra 4. 44.

63. Et mulieres, &c.] epitoma Iasonis, 6. 10. του εδ γυναικες ανηρχθησαν απελετηκων αι τα τινα αυτ. τιτων δε οι η μεων κερμασωντες τα βεβηη, και δημοσια απεκαλυφθησεν αυτας την πόλιν και ελεγεσ, και ερημισαν. Compositor historię Ebraicæ hæc facta refert à Philippo quodam, quem Antiochus descendens reliquerit Ierosoly mis, fol. 32. col. 4.

Vi præceptum erat] et το προσημα: iuxta præceptum. In quibusdam libris και τα προσημα: secundum præcepta.

65. Plurimi Israelitarum roborarunt se] in quibus Eleazar sacerdos homo admodum fortis, cujus historiam habes in epitoma Iasonis, & apud Iosephum Gorionis filium.

66. Elegerunt] pro επιλεξαντο libri quidam habent επιδξαντο. Priori scripturam secutus est interpres vulgatus.

67. Ira magna] και ερα και ερα.

NOTÆ

IN CAPUT SECUNDUM.

1. Surrexit Matthatias] fugerunt multi Israelitarum in montem Modeth, &c. quorum princeps erat sacerdos nomine Matthatias. Chronicon templi secundi.

Surrexit] extitit.

Matthatias] Vnus Aldi codex Ματθιας. Quomodo cum vocat Iosephus Antiquit. lib. 12. ca. 8. In cæteris est Ματθιας, & apud interpretem nostrum Matthatias, & in historia Ebraica מתתיהו. Quod nomen occurrit 1. Paralip. 9. 3. Chronicon T. S. מתתיהו habet. Vide & 1. Paralip. 15. 21.

Iohannis] Græcus sermo est Ματθαίος Ιωαννης. Nam Ebraei dicent יוחנן בן יוחנן filius Iohannis.

Sacerdos ex filiis Iojarib] In historia Ebraica vocatur הוריהן הגוריהן, o legus o mēgus. Sed an verè? Chronic. T. S. Princeps eorum erat sacerdos magnus nomine Matthatias filius Iohannis qui Hasmonæus cognominabatur. Sunt qui tradunt ipsum fuisse ex familia Eleazari pontificis, quod ex eo colligunt quia infra Phineesum patrem suum nominat. Sed hoc argumentum parum est solidum.

Iojarib] יוחידיב. 1. Paralip. 24. 7. Id esset Ichojarib, aut contractus Iojarib. Sed antiqui scripserunt Ioarib, quod perperam in Iosepho, & Lat. veterè Ioarim legitur, id est Ιωρημ, errore nato, vt credibile est, ex prisco charactere: qualis in στωαχημ, Ιαρημ & aliis quibusdam. Ceterum contractiore forma Ιαριβ legitur, infra 1. 4. 29. quod mihi suspectum de mendo. Nam Ιαρημ aliud est, nec talis con-

trastio usitata Ebrais.

In Modain] ὡ μωδῶν trissyllabum. Sic A. & R. Ceteri μωδῶν scribunt, διασπλάβωσι: sed minus recte. Nā in scriptura Ebraica מודעין μωδעין, cui deinde accessit, ut in לוי. Le- vi: סאבין, Sabi: & similibus. Pro μωδῶν re- perio μωδעין apud Iosephum Matthiae filium. Mentio huius loci in Avoth. cap. 3. R. Eliezer Hāmokei. מודעין ה. Cōmentarij exponit, ex nomine Modai, qui est propē Ierosolymā, quem admo- dū dixerunt Doctores nostri felicitis memoria. Hinc liquet nomen montis esse, in quo vicus ejus- dem nominis: unde apud Iosephum, ὡ μω- δעין κἀμῶν, aut civitas. Infra vers. 15. εἰς μωδעין τῆ πόλι. Vulgatus interpres, confedit in mon- te Modin. Quomodo & Ruffinus, in modin vico. Chronicon F. S. itemque Iosephus Gorione natus (ita vocatur Egeffip) מודעין ה. ב. ה. in monte Modcith, id est μωδעין. Tantum de hoc loco.

2. Qui Caddis cognominabatur] ὁ ἀγαλλε- μῶδ. Kaddis. In plerisque codicibus est ὁ ἐπι- κληθῆναι, & apud Iosephum κληθῆναι, qui vocabatur.

Habebat filios quinq;] hos alio ordine recen- set Chronicon templi secundi, Quinq; filios habebat, Iudam primogenitum, secundum Iona- tham, tertium Iohannem, quartum Simonem, quintum Eleazarum. Vide observ. meas lib. 14. cap. 9. Compositor historię Ebraicę fol. 36. col. 2. Vocavit Simonem filium suum natu ma- ximum. Ceterum plures habuisse videtur. Nam 2. Machab. 8. 22. nominatur Iosephus quidam, & pauld post, videlicet 10. 19. Zachæus.

Caddis] ἡ γῆ. sanctus, ἀγιος. Sic editio Romana. Sed in C. est Ιαδδῆς, & alibi γαδδῆς, & apud Iosephum γαδδῆς. Vulgatus noster Gaddis. Fortē גדי quod est nomen yiri. Nu. 13. 12. Id significat fortunatum. Nam גל fortuna.

3. Thassi] תאסי debilis תסי ebulliens. In Latina vulgata Thasi scriptura unica s. Apud Iosephum autem est ματθῆς, & in Ruffino Mathathias.

4. Iudam cognomine Machabaum] pro ἡ- κληθῆναι editi ad E. C. κληθῆναι. Sic etiam Iosephus. Pro μακκαβαῖον veidō in Latinis co- dicibus est Machabaus, & in historia Ebraica

מכביר, quod extinguit sonat, Nam כביר ex- tinguo. Appellatio à robore. Sic Darius co- ōrcitor, id est, ἑξέτης. Compositor historię Iudæorum, Et vocatum ad se Iudam Matthabi- as sic alloquitur, Filii mi Iuda, qui Machabaus co- gnominaris propter robur tuum. Scitum aus- tem illud, Conveniunt rebus nomina sepe suis. Vide nunc si placet, Obōrvat. lib. II. cap. 14.

5. Auarus] Aldus edidit Αναγῆρ, nisi men- dum operatum. In Lat. vetere, Abaron, & apud Iosephum ΑΥρῶν. Quamquam in Ruf- fino Abaron. Infra 6. 43. in Β. ἀβαρῶν: in R. ὁ σκαρῶν, & apud vetustum interpretem, fili- us Sauria. Editi ad Exemplar C. Ελαζαρος ἄν- αρῶν: inde fecerunt Ελαζαρος ὁ σκαρῶν. Sed vide. In Αναγῆρ, id est, ἰσθμῶν significatio albe- dinis. Nam ἰσθμῶν albus. Stephanus de urbi- bus, Ανωρα, πόλις Αραβίας. ὁ δὲ κρημῶν ἡ ἀβ- αρα τόπον ζῆτειν. ὁ ἐπὶ τῷ Αραβίας κὶ Σύραε λευκῶν.

Qui cognomine Apphus vocabatur] editi ad E. C. ὁ ἐκκληθῆναι ὁ σκαρῶν. Iosephus, ὁ κλη- θῆναι Αραβῆς. Sed in Ruffino cognomentum id est Eleazari. Vide, si otium.

7. Quare ad hoc natus sum] Hei mihi ma- ter mea, quare peperisti me ut viderem contri- sionem populi mei, & caderem nec valem res- surgere. Gorionides.

8. Templum ejus] ὁ ναὸς αὐτῶν. Est cur ma- litm ὁ λαὸς αὐτῶν. Nam proclivis sanē lapsus de λαὸς ἰσραῖος.

10. Non hereditavit regnum ejus] non ac- cepit partem & quasi hereditatem ex regno ejus.

Regnum ejus] βασιλείαν αὐτῶν. Sic editio Romana. An aliis est βασιλείαν, absque pro- nomine.

12. Sancta vestra] id est, templum. Decus] pulchritudo.

13. Quorūm adhuc vivimus] ἵνα τί ἡμῶν ἐπὶ ζῆν, quorūm nos adhuc vivere] Nam homi- ni in advenſis constituto ut vita acerba, ita contrā mors iunctanda est & exoptanda.

14. Disciāt vestimenta sua] Præcepit eis qui aderant ut ieiunarent & affigerent se coram Domino cum fletu, sacco & cinere: post, finito ieiunio dixit eis, Si occidi vultis propter nomen sacrosanctum, cur moriemur ut scemina? egro- diamur

diamur totius & pugnemus in Philippam. Si moriemur, moriemur cum gloria. Fortē Deus laudandus adiuvabit nos, & non excindet Is- raelitas qui evaserant. Chronicon templi se- cundi: Misit Iudam filium suum ad omnes vr- bes Iudæa clam qui diceret, Quis vestrum vero- tur Dominum? & quis pro Domino, accedat ad me. Et congregata est ad eum synagoga Hafida- rum manu valida, & venerunt cum eo ad Mat- thabiam patrem ejus. Et dixit illi Matthabias. Salvi advenistis, & c. Compositor histo. Ebra. fol. 35. col. 3.

15. Venerunt à rege] quorum dux Apelles. Iosephus 12. 8. Philippus. Chronicon templi secundi. Historia Ebraica.

16. Multi Israhelitarum] אנשים רבים מִיִּשְׂרָאֵל. Chron. T. S.

17. Princeps & illustris] Tu princeps in Isra- el & vir honoratus. Descende tu & omnes qui te- cum sunt, & colite simulachrum, & nolite tolle- re manum in regem. Quod si feceritis, vivetis & non moriemini. Chron. Temp. Sec. Audi- nane Matthabias sacer dos. Tu es vir honoratus in populo tuo: fac iustum Antiochi, & vives, & non morieris. Historia Gorionidis.

Illustris] elarus, honoratus. Manius] firmatus, stipatus.

18. Eac iussit regis] עשה את מצות המלך עשה. 19. Si omnes gentes que in loco regni ejus] ei πάντα τὰ ἔθνη τὰ ἐν οἴκῳ τῆ βασιλείας & βα- σιλείας. Si omnes gentes que sunt in domo regni ro- gis. Talis scriptura in libris quos vidi. Sunt qui emendant, τὰ ἔθνη τῆ βασιλείας, καὶ τὰ ἐν οἴκῳ τῆ βασιλείας. Gentes regni & que in domo regis.

Iosephus Gorionis, Et respondit Matthabias alto corde, & dixit: Ego mandatam regis mei fa- cio, & vos facitis mandatam regis vestri, quem- admotum præcepit vobis. 20. Ego tamen] ἀλλ' ἐγὼ. C. & R. καὶ γὰρ: & ego. ceteri. 21. Absit à nobis] Ἰλωσ ἡμῶν. Talis est scri- ptura trium codicum. In uno repperi, ἰλωσ ἡμῶν ὁ θεὸς μὴ κταλαπῆν. Quam lectionem firmat interpres noster referens, Propitius sit no- bis Deus: non est nobis utile relinquere legem. Ἰλωσ ἡμῶν κταλαπῆν, est quod Ebraei dicunt לעזת ללבן ה. talis absit ut relinquamus. Di- cunt etiam חסד ושלום.

Statuta] חוקים, ritus ac ceremonias. 22. Ad dextram vel ad sinistram] id est, in ullam partem. proverbiale.

23. Homo Iudæus] unus ex Iudæis scivitis & filius Belial sive nequam, qui erant cum duclibus regis. Gorionides. Vnus è sceleratis Israël, qui er- rant in castris Philippi. Chron. T. S.

In ara que in Modain] De hac ara variant auctores. Compositor historię Ebraicę scribit à gentibus extructam fuisse. Contrā Chron. T. S. Erat sacerdoti (Matthathie) altare in ima parte montis, in quo nomini divino holocausta offerebat.

24. Zelatus est] Zelo pietatis ac religionis commotus fuit.

Sustulit animum] id est, iram, vehementer excauduit. Animum hoc sensu fimitur in illo, Animum rege. Iosephus Gorione pignatus, Quod vidēs Matthabias zelavit pro Deo suo, & iratus fuit, & exarsit in eo excaudescencia ejus: eduxitq; gladium & insiliens in altare illud per- cussit scivarium gladio, & c.

25. Hominem regis] Apellem vocat Iose- phus 12. 8. Apollonium, Ruffinus, Philippum, Chron. Tem. Sec. malē. Nam Philippus post vi- xit. Ducem stantem ibi discidit Matthabias gla- dio suo: reliquos autem duces, qui erant cum eo, fugavit, multosque è promiscua multitudine ibi- dem existentes prostravit. Historia Gorio.

Zamris filio Salom] Historia refertur in Nu- meris. Hinc emendabis Græcam editionem, Num. 25. 14. ubi perperam σαλμῶν legitur pro σαλῶν. Quamquam & hoc corruptum ex σαλῶ sive σαλῆ, id est, Salu.

Zamris] זמרי quod scribunt Ζαμβε, infer- talittera b. Qualia sunt Mambres, Membrod, Iambres, & alia, que suo loco à me notabūt.

27. Et exclamavit Matthabias] Τυβαθῆς κλα- gens Matthabias vocavit populum Iudæum ut venirent ad se, deditq; signum belli. Hic est Mat- thabias ille qui primus levavit manum contra regnum Græciæ, & ipse præcepit populo Isra- el ut pugnarent sabbatho. ex historia Ebraica.

Omnis qui zelo legis ducitur] כל התורה.

28. In montes] εἰς τὰ ἔρημοι, Iosephus. In urbe] ἐν τῇ κἀμῶν. idem.

31. Regibus] τοῖς ἀνδράσι τῆ βασιλείας, viris si- ve hominibus regis.



venit cum illis ut pugnaret in Iudam & caeterum  
piorum.

Apollonius: Ἀπολλώνιος. **פוליאנוס**  
Apollonios. Compositor historiae Ebraicae.  
**פוליאנוס** Polianos, sive **פוליאנו** Poli-  
ano. Chron. Tem. Secundi.

Ex Samaria ] **ἐξ Ἰσραὴλ** & ex Sa-  
maria. Nam erat praefes Samariae. Iosephus An-  
tiquit. 12. 7.

Exercitum magnum ] **חיל כבד מאד**.  
Vt bellaret contra Israel ] **להלחם ביהודה**  
**עדת החסידים** & **עדת החסידים**  
Iudam & synagogam Haisdaorum.

11. Progressus ei obviam est &c. ] Egresso  
Iudam occursum eius commixtum est praelium ma-  
gnum inter gentem Macedonum, & caeterum Ha-  
sidaorum fuitque cum inter se pugnarent, ut Iudas  
videret Apollonium stantem in medio eorum, qui  
signa sive vexilla Macedonum portabant. Quam-  
obrem occurrit ad eum ira exardescens in modum  
vallus, ubi pugna erat, & percussit Macedo-  
nas dextra levaque, prostravitque eos non aliter  
quam messor manipulos suos &c.

Et percussit occidit ] **ויכה ויכח**  
& percussit eum gladio suo, & mortuus est.  
Reliqui fugerunt ] **והיחזקו** Graeci autem ter-  
gum verterunt Iuda & fugerunt, persecutusque est Iudas  
& populus eius & percusserunt eos plaga magna,  
& acceperunt omnia spolia eorum.

12. Quorum spolia gladiumque ] **אָפּטוּן**  
Accepit quoque Iudas gladium Apollonii, pugnavitque eo om-  
nibus diebus vita sua.

Semper ] **תמיד** **אֵת** **הַיּוֹמִים**: omnibus diebus.

13. Audiens autem Seron princeps exercitus  
Syria &c. ] **סרון** **שר צבא מִקְרֹדֵן** Seron  
dux exercitus Macedoniae. Ecce perspicue Macedo-  
niam dicitur Compositor historiae Ebraicae  
videlicet fol. 32. col. 4.) pro Syria, in qua tunc  
Macedones regnabant. Apud Iosephum Mat-  
thiae filium, **Σέρων** ὁ τῆς κοίτης Συρίας στρατηγός:  
id est, Syriae caeve praefectus.

Collegisse Iudam multitudinem ] **אַגְרוּסָמָה**  
verti multitudinem, id est, **πλῆθος**. Sic enim  
certe Helychius exponit. Licet etiam vertere,  
congregasse Iudam congregationem.

Caeterum fidelium ] **καὶ τῶν πιστῶν**. Alibi  
legitur **συναγωγῆς Ἀσίδων** eodem sensu. Lo-  
cus integer in historia Ebraica: **Ανδρῶν πρῶ-**

tereā Seron princeps exercitus Macedoniae famam  
de Iuda & dixit, Comparabo tibi nomen. Nam  
ibo & bellum geram cum Iuda potente illo. Igitur  
congregavit omnem populum suum, totumque ex-  
ercitum suum, & venit usque ad Beth-horon.

14. Parabo tibi nomen ] **אנישה לי שם**  
**דבילאם ליהודה**  
**אילחם ביהודה**

Nihil facientes ] **ἐξυδερξίας**, sive, ut est in aliis  
codicibus, **ἐξυδερξίας**. Sic variant in hoc ver-  
bo & alibi.

16. Beth-oron ] **Βαυθὼρων**. Nomen urbis.  
Sunt qui duas fuisse tradunt hoc nomine. V-  
tranque collocant in tribu i phraim. Hanc su-  
perioiorem, illam inferiorem vocant. Consule  
Masium in Iosuum. Compositor historiae E-  
braicae scribit **בית חורון**, id est, **βηθ ορων**:  
Latinè autem Beth-horon. Malè **βηθ ορον** in I-  
osepho Matthiae. Nam **βηθ** aliud est. **βηθ** pro  
**ὄρος** ita scribetur, ut alibi **Αἰ** pro **Η** id est o-  
culus aut fons, veluti cum dicimus **Αἰ-ετωγῶν**  
Enrogel: **Αἰγυπῶν**, Engaddi, &c. Beth-horon  
mentio Ios. 10. 21. & 2. Paralip. 8.

Cum paucis ] vel, paucis comitatus.

17. Qui ut viderunt castra ] **Προφῆται** est  
Iudas totam noctem. Videntes autem qui cum eo  
erant populum multum & validum agr. en. g.  
magnum, dixerunt Iuda, **Quomodo poterimus**  
cum tanta multitudinis pugnare, cum simus nu-  
mero pauci. Hucusque Gorionides.

Qui pauci sumus ] **והאחזי**  
**דבילאם** ] languidi, viribus defecti ad bel-  
lum gerendum: aut **lassi, fatigati**. Sic interpretis  
vulgatus.

18. Coram Deo caeli ] **ἐναντίον τῷ θεῷ τῶ οὐ-**  
**ρανοῦ**. Sic editio Romana. In ceteris est, **ἐναν-**  
**τίον τῷ θεῷ**. Que lectio spernenda non est.  
**τῷ θεῷ**, id est, Deo. Nam inter ejus epitheta  
**הַיְשָׁרִים** ὁ θεῷ. Vide Observationes meas.  
Infrā in extremo hujus capituli, **ὡς δ' ἄν ἰδέη**  
**μα ὅ ἔρασαν**, **ἕτα ποιήσει**. Modum hunc lo-  
quendi metonymiam vocant, qua usus est  
poeta ille qui dixit, **Cælo gratissimus amnis**.  
pro eo quod est caelicolis, sive diis qui sunt  
in cælo, Laudat Diomedes.

Multos aut paucos ] emenda, **multis aut pau-**  
**cis**. Si multos, inquit, milites habes, sive pau-  
cos, nihil refert. Deus potest salutem praestare  
cui vult. Tam facile ei est paucis vincere

quam multis. Nullo discrimine victoriam dat  
sive cum paucis pugnes sive cum multis. Huc  
facit illud, **Fallax equus ad salutem**, sed à Do-  
mino salus.

19. E caelo ] **מִשָּׁמַיִם**. i. à Deo.

22. Ideo ipse ] **ἰδέο αὐτός**: & ipse, videlicet ὁ  
**θεῷ**. i. Deus caeli. Vulgatus nositer, & ipse  
Dominus, **ἰδέο αὐτός** ὁ κύριος.

In conspectu nostro ] **πρὸ προσώπου ἡμῶν**. Li-  
bri quidam, **πρὸ προσώπου ἡμῶν**.

23. Insiluit in eos subito ] **וירדג עליהם**  
**בְּהַחֲמָם**.

Constitutusque est Seron &c. ] **ויהבהל סרון**  
**ויהבהל סרון** **ויהבהל סרון** **ויהבהל סרון**  
**ויהבהל סרון** **ויהבהל סרון** **ויהבהל סרון**

24. Circiter octingenti viri ] **ἑξ ἑκατῶν ὀκ-**  
**τακῶν**, i. octingenti ferme, ut loquitur Sc-  
verus.

Persecuti sunt eum ] nempè Seronem. Li-  
bri alii, **αὐτός**, i. eos. Compositor historiae E-  
braicae, **Et persecutus est eum Iudas & adhaesit ei**  
& percussit eum: simul prostravit robur exerci-  
tus ejus, cecideruntque ex eis corpora mortua quam  
plurima.

25. Cepitque &c. ] **Et cecidit pavor Iuda super**  
omnes gentes. Gorionides.

27. Quumque rex Antiochus ] **Audiens An-**  
tiochus rex ista iratus fuit valide, & congregavit  
populum suum, &c.

28. Mandavit illis ] **ἐπέταξε αὐτοῖς**. Ce-  
teri addunt **ἐς εὐκλείαν**. Vulgatus, **Mandavit il-**  
lis ut essent parati ad omnia.

29. Collectoresque tributorum regionis paucos  
esse ] **οἱ φοροῖτες τῆς χώρας ὀλίγοι**. maluidem  
**οἱ φοροῖτες τῆς χώρας ὀλίγοι**: tributa regionis pauca  
esse. nam tributa multa esse possunt & colle-  
ctores pauci. Quamquam communiter secus  
fit. Ubi multa tributa, ibi multi sunt collecto-  
res, & contra, Idcirco nihil immutavi. Seve-  
rus lib. 2. Id ubi compertum est Antiocho, irā &  
dolore successus (quippeangebatur duces suos cum  
magnis exercitiis devictos) auxilium per omne  
regnum contrahit, donativum militibus exhaus-  
sit penitus thesauris largitur. Etenim cum prae-  
cipue graviter pecunia inopia affectus erat. Nam  
deficientibus Iudaeis ab eo, qui ei ultra trecenta  
annua pensitaverant, praeterea Graecis urbibus  
multisque regionibus persecutionis malo turbatis

(ne gentibus quidem pepererat: quos deferere in-  
veteratas superstitiones & ad unum ritum de-  
ducere tentaverat) illis quidem ubi nihil sancti  
erat facile relinquentibus, sed tamen omnibus  
metu ac clade affectis, vestigalia cessaverant.

Leges ] **τὰ νόμιμα**, jura, ritus, instituta.  
Vide supra 1. 43.

30. Qui ante fuerant ] **ἑξ ἡμετέρων**. Alibi  
est **ἑξ ἡμετέρων**. **ויהבהל סרון** priores.

31. Accipere tributa regionum ] vel, ut accipe-  
ret tributa. Aliam causam adfert Gorionides,  
cujus verba Latinè reddita ita sonant, **Et par-**  
**titus est universum populum suum & exercitum**  
**suum, & accepit sibi mediam partem exercitus**  
**profectusque est in Persidem**. Nam tunc defecerat  
gens Persica à Macedonibus. Advererat enim de-  
fecisse populum Iudaeum & rebellasse contra An-  
tiochum. Aliam vero dimidiam partem dedit Ly-  
sias, &c.

32. Regio genere ortum ] ex familia regis,  
à femine Macedonum. Gorionides cap. 20. filius  
patruus ejus, **בן דוד** cap. 21. Si verum hoc,  
Lysias erat filius fratris Antiochi, & patruelis  
Eupatoris, hoc est, Eupator & Lysias erant &  
**δύο ἀδελφοί**, duorum fratrum filii.

A flumine Euphratis ] praefecit illum pro-  
vinciam Asia, quae à Egyptum inter & EO-  
phratem sita fuit. Iosephus.

33. Qui nutrivit Antiochum filium suum ]  
Gorionides, Reliqui rex Lysiam educatorem  
filij sui, &c.

34. Tradiditque ei dimidium exercitum, &c. ]  
Et dimidium exercitum tradidit Lysias qui erat  
vir magnus, ex familia regis, de femine Macedo-  
num, praecipitque ei dicens, Tu noñi qua fecit mi-  
hi Iudas filius Matibathia, & qua fecit duobus  
ducibus meis, &c. Nuncigitur vade es percute om-  
nem terram Iudaei deservit urbes ejus. Ecce te-  
cum est Eupator filius meus, ego autem profici-  
scar in Persidem, indeque regem gentem illam  
propterea quod defecit à me.

36. Viros alienigenas ] **וְהָיוּ בְּבֵי יָמָיו**  
**לֹאֲרָצִים**.

37. Antiochia ] Plures erant Antiochiae.  
Hic autem intelligit eam, quae ad Daphnim  
sita erat, idcirco subiecit, **ἀπὸ πόλεως τῆς βασιλείας**  
**αὐτῆς**. Nam in ea sedem regni habebat.

38. Filium Dorymenis ] **τῆς Δορυμῆνης**. Sic  
etiam



etiam Iosephus. Sed in vulgata nostra. filium Dorymimi. Δορυμίου. Videndum an hic ille sit cujus mentionem facit Polybius. lib. 5. Dorymenem Etolium ad praecipandas quae circa Berytum sunt angustias misit. Nam loquitur de Antiocho Magno hujus parente, cujus dux fuerat Dorymenis ille.

